

bus ad sui voluntatem, causa temptandi et vendendi vinum.
 ¶ Item non petere nec modo aliquo recipere possit nec debeat
 aliquis mexeta ab aliqua persona aliquod vinum ad aliquam
 provam in aliquo bochale vitreo ingastara vel aliquo alio vase
 sive ordegno, nec etiam habere vel retinere in domo sua vel 5
 alibi tale vinum, nisi primo firmato foro ipsius vini libere sine
 aliqua condictione vel prova fienda de dicto vino. ¶ Et non
 sint ausi aurire de aliquo vase sive butisella aliquod vinum
 palam vel occulte, causa dimittendi vel reponendi dictum vi-
 num ad aliquam provam, in canipa sive domo in ¹⁾ [qua tale 10
 v]inum esset, nec extra dictam domum vel cani[pam portare
 dictum vinum] occasione predicta, [et hoc sub pena centum
 libr. par. pro quolibet mexeta contrafatiente et vice qualibet
 contrafacta.]

[Cap. XXVIII. De officialibus vindemie et eo- 15
 rum notario.]

[S]tatuimus quod iudices qui pro tempore erunt de mense
 augusti congregari fatiant maius consilium, in quo vero
 consilio dentur quatuor brevia pro quatuor officialibus super
 43 B vindemiis] // et conducentibus vinum prohibitum, et duo brevia 20
 pro duobus notariis, quibus sic electis ipsi officiales balotentur
 ad piscides cum balotis bini, et illi duo qui erunt confirmati per
 maiorem partem maioris consilii sint firmi offitiales, et dicti
 duo notarii sic electi similiter balotentur singuli unus contra
 alium, et ille qui habuerit plus balotas sit firmus eorum nota- 25
 rius in dicto offitio. ¶ Qui offitiales cum dicto notario sic con-
 firmati durent in dicto offitio toto tempore vindemiarum, et
 quilibet ipsorum offitiorum et notarius habeant pro suo sa-
 lario libr. par. quatuor pro quolibet pro suo salario. ¶ Et
 quilibet possit eligi et confirmari offitialis et notarius ad ²⁾ offi- 30
 tium predictum, non obstante aliquo offitio quod habuissent

¹⁾ È lacerato il terzo inferiore del foglio. Mancano sei righe intere. Pos-
 siamo ricostruire il testo ricorrendo agli Statuti del 1365, che riproducono
 questo capitolo quasi alla lettera. ²⁾ Aggiunta marginale.